



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XXVII. De Successionibus ab intestato

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

modò tamen non fiat in fraudem Episcopi, ne Episcopus Canonicam suam portionem deerepat.

Executio testamenti à quibus & intra quod tempus facienda?

Facienda ab executionibus, iis vel hæredibus ipsis, vel per testamento datis, vel per iudicem aut magistratum constitutis, idque intra tempus à testatore definitum, numerandum à die testamento, vel nullo tempore definito, intra anni spatium, quod elapsus eius exequendi devolvitur ad Episcopum.

e. 3. h. 1.

De Successionibus ab intestato.

T I T. XXVII.

Quemadmodum Clerici hæredem ex testamento habere possunt in bonis suis patrimonialibus, & aliis intestato Ecclesiæ non acquisitis: ita & ab intestato eadem bona accipiunt cognati sanguinei, & si non existant cognati sanguinei, tunc Ecclesiæ, cui serviebant, ea capit.

Quinam igitur succedunt Clericis ab intestato?

IN bonis quidem patrimonialibus &

quasi-patrimonialibus succedunt, qui Clericis sanguine juncti sunt, idque eo ordine; quem jus civile novissime induxit descendentium, ascendentium, & à latere venientium. In quo ordine succedendi Jus Canonicum nihil immutavit; succeduntque post fratres & sorores, fratrumve & sororum liberos, reliqui cognati & agnati usque ad decimum gradum.

Nov. 115.

d. Nov. 118. & can. XII. qu. 5.

Quid si defuncto Clerico nulli sint cognati vel agnati usque ad eum gradum?

Tum Clerico ab intestato succedit Ecclesia; vel altari, cui servierit, omnia ejus bona intuitu personæ acquisita perpetuo addicuntur.

c. l. b. r. & d. can. suo.

Qui succedunt in bonis intuitu Ecclesie quæ sitis?

In his quoque succedit Ecclesia, secundum Canones exclusis omnibus etiam sanguine conjunctissimis. Nomine autem Ecclesia non Episcopus, vel successor Clerici morientis, ubi est collegium Clericorum, sed communis congregatio intelligitur. Servus presbyter factus si decedat, relictis bonis ejus percipiendi dividitur in quatuor partes,

c. Relatū 12. sup. de testam.

L. 2. quarum